

Sammelband

E 6 B
65

2681



an 10^a

EXERCITIUM ORATORIUM in quo SUMMA DEI PHILANTHROPIA

Qvibusdam Illustris Quedlei Alumnis,
Bona Instolis ac Spei Adolescentibus,

Die XIII.

Mensis à Marte dicti,
hujus in quo versamur, Anni
M. DC. LXXXII.

ab
Hominum genere restituto,
proponetur,

Quos ut

Dn. Patroni, Promotores & Literarum
Fautores alii audire
dignentur,

Oblatis officiis, ac pro incolumentate precibus,
submissè, & cù qvâ par est, humanitate

rogat

M. JOHANNES HENNINGIUS, Solqvellâ
Marchicus, haec tenus Con-Rector, jam
ad D. Ægid. Pastor.

QVEDLIMBURGI,
Charactrismo Ockeliano.



VIRIS

Amplissimo, Clarissimis, Virtuteq; ac Doctrina
eruditiore ornatisimis,

DN. M. SAMUEL
SCHMIDIO,

Illustris Quedlei Reftori ut plureis an-
nos optime merito, sic Famæ Celebritate maximè con-
spicuo, suo qvondam Præceptorि Fidelissimo,
haetenus Collegꝝ astutissimo, nunc
Fautori, Compatri & Amico jugiter
colendo, amando.

DN. HIERONYMO BEC-
CERO,

Quedlei SubConrectori industriâ atq; fide spectatissi-
mo, Amico suo veteri ac candido,

U. &

Cæteris dñi Minervi Collegis ac Collaboratoribus
Fidelissimis,

Amicis suis nunquam reconciliatis,
Hoc qvicq; videst, in loi memoriam & amicitia nunquam
non duraturæ signum

L. M. Q.

Inscribit dedicatꝝ

M. JOH. HENNINGIUS,



Vantopere DEI servus & Hebræorum Imperator Mo-
ses populum dilexerit Israëlitum, quem DEI iussu
& auctoritate per mare rubrum aquis ex utroq; late-
re assurgentibus deduxerat; Pharaonem v. cum toto Exerci-
tu submerserat, meridiana luce clarius elucessit ex supplica-
tionibus atq; intercessionibus toties ad DEum institutis, quo-
ties vel deficiente cibo ac potu, vel imminente hostium vi
ac impetu, vel aliis impedimentis ex itineris difficultate oe-
currentibus, adversus Mosen murmurarunt. Non obscu-
ram verò amoris sui significationem dedit, quando eodem
absente & opinione diutius in monte Sinai commorante, De-
us ad iram commotus ab abominandam populi Idololatri-
am funditus eundem eradicare ac delere voluit. Tunc n.
Moses Dominum supplicibus oravit precibus, ut culpam hanc
ei condonaret, aut si nolit, semetipsum deleret de viñæ, quem
scriperat, libro, ut modo populus viveret. Hic certè amor
singulatis fuit & admiratione dignus, sed ne comparandus
quidem cum illo amore, quo unigenitus DER Filius post pri-
mi lapsum hominis gentem amplexus est humanam, utpote
qui propter mysteriorum concursum & miraculorum mul-
titudinem, omnium creaturarum sensum excedit, omnium
mortaliū cogitationes superat, omnium Angelorum ca-
ptum transcendit. Qvæ enim distantia est inter DEum & Ho-
minem, inter creatorē & creaturam? Infinita sanè, qvæ
omnem excludit proportionem; Philanthropia nihilominus,
& immensa ejus charitas propter ineffabilem generis huma-
ni miseriam in tantas erupit flamas, ut ipse è cœlo delapsus
humanam formam induerit, & corporatus ac carne testus in-
finitis sese laboribus, cruciatibus, ærumnis, morti deniq; te-
territimæ atq; acerbissimæ exposuerit, qvò hominum iniqui-
tates expiareret, & jugum æternæ servitutis ab eorum Cervici-
bus depelleret. Qvam DEI φιλαθεωπίαν nonnulli Adole-
scentes ad Peithus aram qui sacramentum dixerunt, in Qued-
leo nostro publicè sistent, modo ordineq; eo, quem deline-
athic Schematismus.

I. PRO.



I. Prologus JOH. FRIDER. Breitert / Quedl. Saxo, enarratō
hejus Exercitii Argumento. Audientiam impetrare Commi-
litonibus allaborabit.

II. Lucifer SIMON CASP. Stieff / Sondershusa Thur. Persua-
soriā oratione efficiet, ut Anthrope Pantocratoris mandato
posthabito de veritis pomis comedat.

III. Nomus Pædagogus Anthrope, JOH. LUDOVICUS de
Heringen / Nobilis Thuring. Oratione accusatoriā crimen ab
Anthrope perpetratum Pantocratori exponet, expositum ex-
aggerabit & eum suppicio afficiendum clamabit.

IV. Pantocrator JACOBUS FLESSINGIUS Angerm. March,
Oratione Adoptivum increpabit, eiq; poenam constituet.
Ne autem in calamitate desperet Anthrope, promissionem
de venturo Messiā eum liberaturo subjiciet.

V. Dicajos s. justitia FRIDER. CHRISTOPH. Böllmann /
Quedl. Sax. acriter contender, ob delictum hoc grande Ad-
optivum non esse recipiendum, sed morte vel perpetuo car-
cere multandum.

VI. Anthrope ANTON CONRAD Wagner / ex Frisia Ori-
entali Eglingen/sis, lapsus & condemnatus ante alterum Regis consiliarium Mis-
ericordiam cum flebili voce procumbet, & Oratione lamentabili querulāq; de-
lisi veniam & Eleos Intercessionem petet.

VII. Eleos s. Misericordia CHRISTIANUS GEORGI, Tan-
gremundā Marchicus, à justitia sententiā discedet, pro Anthrope intercedet &
media qvibus justitiae facis fieri posuit, proponet.

VIII. Androphilus HENRICH SAMUEL Schmid / Quedl. Sax,
se mediatoorem libens sistet, & se pro desisto Homini satis facturum eumq; libe-
raturum promitter,

IX. Anthrope (*idem qdē supra*) in gratiam receptus & reconciliatus Pantocra-
tori & Androphilo gratias aget, qvod in se liberando talem Mediatorem elige-
re voluisse, qvi sibi salutem amissam restituuerit.

X. Epilogus FRID. VVILHELM. Bornholz / Quedl. Sax, gra-
tes Auditorio pro præstā Attentione persolvet, dictione cum solutā tum ligata
vultus.

Agite igitur Dn. Patroni, Evergetæ & vos cæteri Vlii omnium Ordinum
Dignissimi, qvibus studiose salus juventutis cura est cordiq;, ad Horam I. Po-
meridianam crastini Diei, dante Dgo, in Auditorio majori fregentes compare-
te, & hoc benevolentiz signo testatum facite, qvanti & docentium & discentium
labores & conatus faciatis. Id qvod iis, qvibus id optimè fieri potest. modis ora-
mus atq; obtoßamur, P. P. Quedl. V. Eid. Mart. A. C. cia lsc LXXXII.




3d 808^a



TA-502

VDA



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

FarbKarte #13



an 10^a

EXERCITIUM ORATORIUM in quo SUMMA DEI PHILANTHROPIA

Qibusdam Illustris Quedlei Alumnis,
Bona Indolis ac Spei Adolescentibus,
Die XIII.
Mensis à Marte dicti,
hujus in quo versamur, Anni
M. DC. LXXXII.

ab
Hominum genere restituto,
proponetur,

Quos ut

Dn. Patroni, Promotores & Literarum
Fautores alii audire
dignentur,

Oblatis officiis, ac pro incolumitate precibus,
submisse, & cā qvā par est, humanitate

M. JOHANNES HENNINGIUS, Solqvella
Marchicus, haecenus Con-Rector, jam
ad D. Ægid. Pastor.

QVEDLIMBURGI,
Charactrismo Qckeliano.

